



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Alexandro episcopo Hierosolymorum. Cap. IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

artiū, & ei cæteræ vt pedissequæ famulantur. Verum quosdam scholasticos non mediocriter reprehendimus, qui libris gentilium tam familiariter adhærent, & totos se immergunt, vt totum pene in eis vitæ suæ & eruditioñis cursum consumant. Quām honestius erat ecclesiasticæ intendere disciplinæ, q̄ rectius & facilis sacræ scripture libros addiscere? Quibus legendis si darent operam, paucioribus certe temporis spaciis totam in se bibliothecam transfunderent, quām omnes illas friuolas & pene inutiles scientiolas quibus occupantur. Sed ecce dum nimis Origeni intendimus, & eius occasione hunc facimus excusum cōtra legem compendij, pene cæterorum, qui peridem tēpus fuerunt, & verbo & exemplo iuuerūt ecclesiam, oblii sumus. Vnde nunc ad narrationis ordinem reuertamur.

SE VER V S regnat annis xviii.

Caput IIII.

**I**Taq̄ Seuero imperatore xviii. annis functo imprio, & tunc tradito filio eius, Alexander quidē de quo ante memorauimus, confessionis titulo satis clarus, Hierosolymor̄ ecclesiæ subrogatur episcop⁹, cum forte ex gente Cappadocum, vbi erat præclaræ vrbis episcopus, Hierosolymam orandi gratia adueniisset, & omnibus diuino oraculo innotuisset tali voce cælitus emissa, Suscipe episcopū, qui vobis à deo destinatus est. Capitus ergo non finitur ad proprium episcopatum reuerti, sed ibidem residere cogitur, cū tamen adhuc superesset prædictus eiusdem loci episcopus Narcissus, sed fessus senio, pontificali ministe-

RERVM MEMO. LIB. VI.

Non sufficere non potens. Interea Serapion quoque Antiochiae episcopus, vir magnae eruditionis, cuius multa habentur opuscula, defungitur. Cui succedit Asclepiades, & ipse unus ex praeclaro numero confessorum.

ANTONINVS regnat septem annis  
& sex mensibus. Cap. V.

Edet Antoninus imperator diem obiit, cui succedit Macrinus. Quo in breui consummato, id est, post annum, successit imperator Antoninus. Cuius primo imperij anno Zephyrinus Romanus pontifex diem obiit, Calisto succedente, Zephyrinus Papa sedet annis octo, quo etiam finem faciente, presidet Urbanus, qui & ipse post octo annos, sedem reliquit Pontiano. Sed & Antonino quatuorannis functo imperio, succedit Alexander.

HAYMO. Cap. VI.

Per idem tempus floruit in ecclesia disertissimi viri, quorum epistolas quas ad se inuicem dabant, tam facundas quam fœcundas, Alexander venerabilis Hierosolymorum episcopus in bibliotheca Hierosolymorum, quam & ipse multo labore & sumptibus ad posteriorum utilitatem construxerat, facit diligenter reponi. HAYMO: Agimus gratias tantæ patrum diligentiae, quorum circa sacras scripturas tam feruentissima occupatio, & tam iugis solicitude fuit, ut non solum scriberent libros, vel explanarent, sed etiam scripta quorumlibet virorum illustrium diuinis inspirata, multis laboribus, multis quoque expensis in opus notariorum sibi coaceruarent, ad profectum universalis ecclesiae. Haec ergo mercimonia pretiosa, hic